



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 61. Fausta hujus Pontificatus auspicia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI
A.C. 1590

terea tanquam Legatus præter morem missus Coloniam venerat, ut summi Pontificis nomine colloquiis interesset, in quibus de pace inter Leodiensem Episcopum, & Hispaniæ Regem, necnon foederatas Belgii Provincias agebatur: denique in præmium amplissimi meriti, atque obsequii, quod in plurimis, diversisque negotiis sacræ Sedi præstiterat, a Gregorio XIII. Romana purpura honoratus est unacum aliis octodecim, qui ab eodem Pontifice Mense Decembri Anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo tertio Cardinalium Collegio adscripti inter suos omnino quatuor numerabant, qui ad supremum Pontificatum electi sunt: erant autem I. Castaneus sub nomine Urbani VII. II. Gregorius XIV. III. Innocentius IX. IV. Leo XI.

§. LXI.

Fausta hujus Pontificatus auspicia.

Thuan.
L. 100.
Ciat. l. c.

Prima Pontificatus sui die Papa ad Vaticanicum Palatium deductus Senonesi Cardinali duo aureorum millia, & Albanensi mille donabat, atque omne æs alienum, quo Mons Pietatis gravabatur, solvi jubebat, insuper cunctam pecuniam, quam adhuc Cardina lis quibusdam mutuam dederat. eis liberaliter remisit, ingentemque auri copiam

piam in Urbis pauperes erogari, om-
niumque egenorum, qui in variis Pa-
rochiis erant, nomina describi voluit,
ut cujuslibet necessitati subvenire va-
leret: præterea annonæ Præfecto præ-
ceperat, ut in Romana Urbe panis pon-
dus augeret, illius vero pretium im-
minueret, si tamen exinde damnum
Pistoribus emerget, illud sese com-
pensaturum spondebat Pontifex: luxum
etiam summo odio habebat, porro ut
ejus Ministri ceteris ex exemplo essent, Do-
mesticis suis sericarum vestium usum
interdixit, atque ædificium Ecclesiæ
sancti Petri, necnon Vaticani, & Qui-
rinalis Palatii, quod Sixtus V. inchoa-
verat, absolvı statuit, ac defuncti Pon-
tificis insignia affigi jussit, qua agendi
ratione se ab omni ambitione omnino
alienum testabatur, nec minus emen-
dabat Datariam, suos vero affines, qui
accepto suæ electionis nuntio Romam
convolaverant, urbe excedere jubebat,
quamvis inter illos non pauci essent, qui
utile Ecclesiæ obsequium præstare po-
tuissent, cumque ad munia tum vacan-
tia sibi proxime sanguine junctos pro-
movere rogaretur, respondit: „hos no-
„minare nolo, ut cum majori libertate
„illos castigare valeam, qui suo officio
„deerunt:“ hæc sane verba prudenti
Principe, qui publicam utilitatem suæ
fami-

Sæcul. XVI.
A.C. 1590.

Sæcul. XVI. familiæ commodis præfert, dignissima
A.C. 1590. sunt.

§. LXII.

*Hujus Pontificis infirmitas, atque
obitus.*

Ciac. p. 206. Cuncta admodum pia, quæ animo con-
Spond. n. 2c. ceperat, opera explendi opportuni-
Ferd. Ughel. tatem Urbano VII. præripuit mortis
Ital. Sacr. invidia, quippe tertio Pontificatus sui
tom. 9.

Cuncta admodum pia, quæ animo con-
ceperat, opera explendi opportuni-
tatem Urbano VII. præripuit mortis
invidia, quippe tertio Pontificatus sui
die vehementi febre corripiebatur, po-
pulo Romano adhuc in immensam ef-
fuso lætitiam, quæ tamen brevi in lu-
ctum versa est, cum enim cives ob tam
præclari Pontificis virtutes, morumque
integritatem sibi cuncta prospera pol-
licerentur, derepente ingens cunctos
invaserat consternatio: unde diu, noctu-
que omnes Ecclesiæ apertæ conspi-
ciebantur, quadraginta horarum preces
decernebantur, Sodalitates, Religiosi,
omniumque Parochiarum Sacerdotes,
& Magistratus populo undique conflu-
ente ad sancti Petri Basilicam, aliasque
Ecclesiæ supplicantium more incede-
bant, ut pro recuperanda tam sancti Pon-
tificis valetudine preces ad Deum funde-
rent: ast divinum Numen, cum eidem
virtutum suarum præmium in cælis pa-
ratum haberet, supplicantium vota non
exaudiebat, sed illum Ecclesiæ suæ non
nisi spectandum præbebat, quin eam diu-
tius